

obruunt, B. autem Stephanus etiam post lapidum iactus victoriam expectans. Iesu Dei filio spiritum suum commendat, pro persecutoribus exorat, & sic dulci somno gloriosè obdormiit in Domino.

*Tom. 6. serm. 33. a pag. 328. ad pag. 340.*

\* Non esse *D. Chryostomi hunc sermonem, sed Ioan. Nepotis Sylu. Hierosol. tuetur Pe rus / rasilus & inter eius opera eccudi. Tom. 1. pag. 515. col. 2. & sequent.*

B. P. DAMIANI sermo de B. Stephano, habetur supra, D. enim Bernardo ab aliquibus adscribitur, & tamen inter B. P. Damiani genuina opera reponitur, est que. *62. de sanctis. Tom. 2. pag. 296. & sequent.*

\* DIONYSII CARTHUSIANI, pro festo S. Stephani, in Epist. sermo. Viri electi & virtuosi gratiâ pleni vocantur in sæculo isto, quia in gratiâ Dei & donis Spiritus sancti abundant & proficiunt. Per gratiâ Dei gratum facientem ponitur rationalis creatura in esse supernaturali diuino, per quod sit Deo grata. Plenitudo gratiâ vna necessitatis sc. gratiâ obseruand; præcepta Dei atque Ecclesiâ, secunda supereragationis per quam obseruantur consilia Euang; ; tertia excellentiâ singularis ad viros perfectos pertinens, quarta eminentiâ specialis Christo conueniens, *in proprio sanctorum. a fol. 45. pag. 1. ad fol. 46. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo primus. Primo. Ecclesiâ, vt olim Synagogæ, viri sanctitate præstantes missi sunt. Secundo. S. Stephanus laudatur. 1. à plenitudine gratiâ; 2. à plenitudine fortitudinis spiritualis, quam in suo martyrio mirabiliter declarauit; 3. ab excellenti virtute, & gratiâ miraculorum, &c. *Ex proprio de sanctis a fol. 46. pag. 2. ad fol. 47. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo secundus, in quo commendatur sancti Stephani I. Sapientia, quâ Deum cognouit, & eius aduersarios confudit. II. Angelicus apparatus, & splendor in eius facie tunc apprens. III. Strenua adimpletio præcepti, de proximi correptione. IV. Charitas perfecta, patientia summa, & oratio præseruida. *Ex sancto-*

*rum proprio, a fol. 47. pag. 1. ad fol. 48. pag. 1.*

D E V S E B I I E M I S E N I homilia de S. Stephano Protomartyre I. Requirit quid necessitatis, quidque rationis sit cum SS. Martyres in felici gloria constituti humanis laudibus nõ indigeant, cur tantis hominum studiis celebrentur & multas huiusce cultus aperit causas, quas etiam circa B. Martyrem Stephanum intelligere in promptu est. II. Beatum prædicat S. Stephanum in medio inimicorum expositum. III. Dilectionem B. Protomart. erga Deum commendat & proximum. *fol. 6. & sequentib.*

S. FVLGENTII sermo de S. Stephano Protomart. quatuor continet, Christi nascentis & Stephani morientis comparationem B. Martyris de inimicis reportatam charitate tanquam sufficienti armatura victoriâ ipsius erga inimicos & in arguendo, & in orando dilectione, & ad charitatè exhortationem, *ex 5. serm. 4. a pag. 639. ad pag. 647.*

S. GREGORII NYSSENI in S. Stephanum Protomartyrem encomiû, in quo concertatio B. Stephani, tanquã in tabala exactè depingitur, ipsius & aduersariorum arma, stratagemata, insultationes, congressiones, & S. Martyris victoriâ, qui non vno modo victor sed aduersus omnem malitiâ speciem, qua tunc ab Iudæis representabantur, sese par varias virtutes distribuens, cum omnibus & conflixit, & omnes superauit; vbi ipsius merita declarantur ac laudibus celebrantur. Denique Pneumatomachos S. Spiritus diuinitatè, & Clitistomachos filij cum Patris æqualitatem impugnantes, & B. Stephani visionem suæ absurditati, planè & errori patrocinari dicentes propriis armis, hoc est, ipsamet B. Protomartyris gloriosa visione, confudit ac deuincit. *Tom. 2. a pag. 786. ad pag. 798.*

\* D. GUILLELMI PARIENSIS de certamine B. Stephani Protomart. circa cuius modum septem consideranda sunt. I. Consideratione cælestiû terrena despexit. II. Certauit non percutiendo sed patiendo. III. Plus malis persecutorum endoluit quam de propriis